praefato damna rigore decreti nostri persoluturi et si quid vobis de iure competierit responsuri.

Universales lrae ad omnia Iudicia Regni ut nulla per lucra admittat super bonis nob: N. perduci cau: sa Reipub: ablegati.

Stephanus etc. Universis et Singulis Iudiciorum et subselliorum quorumuis per Regnum et Dominia nra etiam Tribunalis ipsius Generalis Regni constitutis profectis praesentibus literis nostris requirendis Sinc. et Fid. dilectis gratiam nram Regiam Sinc. et Fid. dilecti Mittimus ad Rempub. Venetam christianissimumq Galliarum Regem Generosum N. maiorem Regni et nrum [illegible] Nuren. [illegible] et [illegible] Capitaneum qui propter eam absentiam suam causis et actionibus suis si quas coram Iudicijs et subsellijs Fid. et Sinc. vrarum habet adesse ac intendere nequibit Ne itaq id illi damno et incommodo sit Hortamur Sinc. et Fid. vras ut quoties praesentibus literis nostris requirentur ipsius Generosi N. et Reipub. causa absentis in Iudicijs et subsellijs suis quibusuis eam rationem habeant quam ex iuris communis et Constitutionum Publicarum praescripto habere convenerit quoad istinc in patriam fuerit reversus Facturi Sinc. et Fid. vrae pro gratia nra et sui [illegible] officio [illegible] etc.

Cittatio ratione sigilli applicati ab alijs cittonis literis avulsi

Tibi Nobili et Honesto etc. coniugibus incolis etc. tanquam in causa infrascripta nos et superioritatem nram tangente coniunctis De omnibus et singulis bonis mobilibus et immobilibus per vos in Regno et Dominijs nostris ubiuis locorum habitis et possessis maxime vero de personis vestris tanquam in actione personali Mandamus coram nobis et Iudicio nro ubi tunc cum Curia nostra fuerimus feliciter constituti feria etc. post festum etc. proxime instante pro Ad instantiam Instigatoris nostri ex delatione Nobilis etc. personaliter ceu in actione personaliter peremptorieq compareatis Citat vos Instigator noster pro eo Quia vos in contemptum superioritatis nostrae Regiae non metuendo etiam poenas contra applicatores sigillorum nostrorum ab alijs lris avulsorum in iure communi sancitas ausi estis ad eam ipsam cittonem seu adcitationem sub titulo nro editam [illegible] ipsum delatorem ad prosequendam appellationem assertam vobis non admissam in causa et actione quadam memorato delatori ex instantia vra tanquam tutorem pupillis filijs olim etc. coram Iudicio Advocatiali N. institutam ad nos et Iudicium nrum

adcitauistis Sigillum vrm Cancellariæ nræ minoris ab alijs literis a-
vulsum Gravantes adcitationi Cuti in ipso sigillo et adcitatione mani-
feste videre est, cera sigilli avulsi liquefacta applicare datumq
præmemoratæ adcitationis Cracouiæ rē anni præsentis adscribere Cum
eo tempore quo vos data adscripta est Reverendus N. Epus P.
mislen et Regni nostri ViceCancellarius præsens circa nos Cracouiæ non
fuerit sed ab aliquot septimanis antea discessierit, atq iux datam
per vos adcitationi adscriptam Cracouiæ absens existens sigilla-
re etiam adcitationem non potuit nec sigillauit quo nomine in pœnas
eiusmodi factum dum condignas contra eiusmodi patratores in iure
communi descriptas incurristis Ad quas decernendas ac in vos et
personas vras extendendas citamini. Necnon ad videndum et audiendum
præmissa omnia et alia huic negotio quouis modo opportuna ac necessaria
vobis in aduenienti termino latius obijci et probari. Vos pœnas fa-
cto vestro condignas legibus descriptas incurrisse decerni super vobis
easdem extendi ac quod ex iuris præscripto et Senatorum nostrorum
sententia venerit contra vos statui Sitis itaq parituri et si quid
de iure vobis competierit responsuri. Certificamus autem vos quod
siue in dicto compareueritis Termino siue non nihilominus nos
vestra contumatia non attenta eo in negocio repensentatem et autorita-
tem vram tangens simus contra vos processuri et decreturi Datum rē

Altera vone Thelonei iniuste extorti

Stephanus rē Tibi Generoso N. Thelonei nri in Camera nostra
N. exactori ex eodem Teloneatus officio bonisq tuis omnibus mobilibus
et immobilibus per te in Regno ac dominijs nostris habitis et possessis
Mandamus ut coram nobis et Iudicio nro vbi tunc cum curia nra sedes
constituti fuerimus Feria rē nunc uentura prox Ad instantiam Spectabilium
Proconsulis Consulum totiusq Comunitatis ciuitatis nræ N. personaliter ac
peremptorie compareas Citamus pro eo quia tu in derogationem Iurium
et Priuilegiorum antiquorum ipsis Actoribus a divis antecessoribus nris
benigniter largitorum quibus a solutione quorumuis Teloneorum in
Regno ac dominijs nostris a rebus et mercibus suis sunt absoluti
et in quorum vsu ac possessione continua hucusq semper fuerunt
Ausus es Teloneum a rebus et eorum mercibus exigere atq ita
iuribus ac libertatibus illorum contrauenire prout equidem de facto
exegisti et contrauenisti Eo non attento imo posthabito quod
de manu tenendis ipsorum libertatibus vniuersalis mandati nostri
literis manu nra subscriptis ex parte eorundem Actorum requi-
situs et admonitus fuisses idipsum faciens in graue uilipen-
dium Mandati nostri ipsorum vero Actorum ingens præiudicium et
damnum quod illi contra te ad duo rē floren mon et numeri
Regni nri taxant et estimant Citamus itaq ad videndum et au-
diendum ea omnia tibi in aduenienti termino latius obijci deduci atq
probari teipsum mandato nro tum etiam Actorum iuribus et
libertatibus per indebitam telonei exactionem contrauenisse
decerni Eosdem Actores circa eorum iura ac libertates possessione
continua firmatas Decreto nostro conseruari ad restitutionem